



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Stomachus, Renes.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

que Ministri ad injustum bellum incitantes considerent. Qualis angustia Christi in horto ! *qua fecit guttas sanguinis decurrere in terram.* Luc. 22. *Non acquievi carni & sanguini.* Gal. 1. *Lavit nos in sanguine suo.* Apoc. 1. Domine ultimam guttam de voveo sponsæ tuæ Ecclesiæ, quam in sanguine tuo tibi desponsasti. *Qua utilitas in sanguine meo ?* Pl. 29. Hoc Christo paucitatem salvandorum ex propria hominum malitia in horto consideranti sanguineas excussit lacrymas.

*Stomachus, Renes.*

**N**oli adhuc aquam bibere ( quæ aliàs erat potus Virorum SS. ) sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. 1. Tit. 5. Si modico non asquiescis, saltem ne excede. Hoc enim nullum hominem, multò minùs te decet. *Nunquid sapiens respondit quasi in ventum loquens* ( pro seriis reddet vana & impertinentia verba ) *& implebit ardore stomachum suum.* Job. 15. cum ira. *Ego sum scrutans renes.* Apoc. 2. *Cor tabescens, & dissolutio genicularum, & defectio in cunctis renibus.* Nahum. 2. Propheta id inter cætera mala à Chaldæis inferenda prædicit Ninivitis, sed hæc tria in te quoque experiuntur luxuriæ assueti.

*Dentes.*

**D**entes ejus ut dentes leonis, & molares ejus, ut catuli leonis. Joel. 1. Hoc Propheta dicit de